Cardinaliuz poteſtas.

miniſtrumq; aſſumere·vos eum in dominum ad hanc ⁊
omnes alias poteſtates eligitis·ille vni regno vel popu-
lo Regem ſeu Principē dat. vos orbi vniuerſo ⁊ ipſis

Quid futurū ex poteſtatis abuſu

Regibus Principē datis. Ex modo poteſtate ſi pertina
cius abuti pſeueraueritis ⁊ ſi ego taceo·quid futurum ſit
ipſi proſpicite. Sed impetrata prius venia leuate obſe-
cro capita veſtra ⁊ a terrenis vos ad celeſtia reuocate·nec
quod dei manifeſte eſt ſine deo facere per deum velitis.

Quomodo eligi Cardinales ſolebant.

Iudices terre qui ad id ex ſingulis orbis partibus eque
deligi ſolebatis ⁊ ad id cōſtituti eſtis vt omnium cauſas
cognoſcatis·agitate animo quante pfidie ſit ⁊ quot quan
taq; ſupplicia mereatur hoc facinus·ſi cū fidei ⁊ iudicio
veſtro eccleſia ⁊ orbis ſe chriſtianus cōmiſerit·vos illi

Spōſus. Leno. Paſtor· Lupus

nunc vidue non ſponſum ſed lenonē. huic erranti nō pa-
ſtorem ſed lupum dederitis· Per nomen ipſum glorio-
ſiſſime trinitatis patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti cuius rem ho-
die facturi eſtis·per humanitatē ⁊ fidem·per ius faſq; p
omnia patibula ſaluatoris ⁊ quotquot ex eis bona vobis
⁊ oībus prouenere liberate affectibus animos·⁊ id vnum
vobis pſuadete·non poſſe bene publica geri niſi priuatis
anteponantur·neq; priuata cōſeruari niſi publica bene ge

Comprobatō ex ijs que malis electoribus acciderunt.

rantur·Quod ſi mihi nō creditis. rebus ipſis ⁊ operibus
credite·qd ijs acciderit qui in eligendis pōtificibus pri-
uatis rebus cōſuluere·⁊ q̄ ſera ac mani penitētia penas
luere: ad memoriam reuocate· Sic enim nec illi ad ſuū
fortaſſe redibunt vomitum: nec vos eorū facta non hor-
reſcetis. ¶ Dicit mihi neſcio quis·quid vis? quid inſtas?
quid tā importune petis? virum bonū mi frater in Pon
tificem quero·q nō ſibi ſoli ſed ⁊ tibi ⁊ mihi ⁊ oībus cō-
modo ſit. ⁊ parētis nomē nō īmerito gerat· Modo hunc
dederis. cōgere in me oēs cōtumelias·⁊ ſi he nō ſuffece-

Confutatio dicti viri cuiuſdam.

rint. adde verbera·plagas adiunge· Audio quēdā gra-
uem probūq; virū nō inſulſe vt ſolet iocari. ¶ Da nobis
inquit dicunt Pontificē virū bonum· vbi eſt? velle eum
in tanta re non iocari. ſed tn̄ ſcio qd velit. raros eſſe bo-
nos affirmat. nec ego id nego·ſiqdē oia bona rara· Sed
oro te. cū vnus in orbe toto Pōtifex maxi· ſit· de vulgo